

Escobar cap. 9. nu. 68. & cap. 10. num. 9. Hoc ipsum observatur, si quid omisum fuerit in pupilli detrimentum, Mascard. ubi proximè, n. 67. Tusch. lit. A. conc. 208. n. 17. Greg. Lop. in l. 8. glos. 3. tit. 11. part. 3. ubi quod requiritur, ut dolo omisum sit; sed hic præsuntur, nisi rationabilis causa excuset, sicut in inventarij rotius omisione; nam de toto ad partem argumentum sumitur, l. que de tota 75. ff. de rei vendic.

Excusatur verò tutor tam à juramento in litem, quam à cæteris pœnis; quas non conficiens repertorium sustinere debet, quando ob justam causam non confecit illud, l. tutor. qui repertorium, 8. ff. de administrat. tutor. Farin. ubi proximè, n. m. 1085. Phanuc. nu. 40. Guttier. nu. 34. Escobar num. 55. cum seqq. Bæga n. 48. Idem est, si per testatorem fieri prohibeatur, aut tutor ab onere conficiendi inventarij per ipsum liberetur, Farinac. nu. 1092. Escobar n. 45. Phanuc. nu. 43. Guttier. num. 35. Tusch. in l. conc. 247. n. 50. Alias causas, ex quibus tutor impunè inventarium facere omittit, tradunt præfati DD. quas in unum congestit Aug. Barbof. in collectan. ad l. fin. à n. 15. C. de in lit. jurando.

Ibi: Non tamen contra tutoris hæredem.

58 Præfatum juramentum in litem non defertur contra tutoris hæredes, nisi cum illo lis fuisset contestata. Cancer. d. part. 1. c. 7. n. 102. Greg. Lop. sup. glos. 8. Guttier. n. 28. Escobar d. c. 8. n. 27.

Rurfus, mortuo eo, cujus bona à tutore administrata sunt, cessat jusjurandum in litem, quod regulare est, quoniam hæredi damnum passum nunquam defertur, nisi verosimile sit, ut scientiam valoris rei, de qua agitur, habeat, alioqui perjurijs via aperietur, Escobar ubi proximè, à n. 32. Menoch. d. cas. 208. n. 12. & cas. 190. à n. 5.

Ibi: Vide licet controversam.

59 Ex dolo etiam verò defuncti in litem adversus hæredem non juratur, nisi lis cum antecessore fuerit contestata, Guttier. ubi proximè, Mascard. conc. 471. num. 13. Phanuc. sup. dict. part. 2. cap. 4. à n. 13. Tusch. lit. l. conc. 338. n. 36.

Ibi: Ab omnibus tamen.

60 Idem ob dolum præsumptum dicendum est Guttier. sup. Vide inferius.

Ad Num. 5.

61 Quæstionis est, num propter dolum præsumptum possit adversus aliquem in litem jurari? & partem affirmativam cum D. Covar. sustinent Mascard. conc. 934. nu. 8. Farinac. cum alijs, n. 1022. Phanuc. d. part. 2. cap. 2. n. 15. cum sequentib. Pet. Barbof. in l. si mora, in prælud. n. 34. ff. solut. matrimon. Mancin. de jurament. part. 2. art. 8. num. 17. Serfer eodem tract. l. 9. cap. 6. ex nu. 7.

Ibi: Ob dolum præsumptum in litem non jurari.

62 Ita sentiunt contra proximè laudatos, Plot. sup. §. 50. n. 25. vers. Decimoquinto limita, & n. 50. vers. & ita tento. Jaf. conc. 174. nu. 26. vol. 2. Cyriac. tom. 1. controv. 123. n. 13. Pro quarum sententiarum concordia dici poterit, hoc Iudicis arbitrio relinqui qui secundum doli præsumptiones decernat, an in litem jurandum sit, necne.

AD CAPUT XV.

Successor universalis, vel singularis, an possit à locatione antecessoris ante expletum, tempus resilire.

SUMMARIUM.

- 1 DD. videndi laudantur.
- 2 Successor universalis, ut hæres, utrinque tenetur stare antecessoris locationi; usque ad num. 5.
- 6 Fiscus succedens in bona ejus, qui locavit, aut conduxit, stare contractui compellitur.
- 7 Pensiones anticipatè solutas tam fiscus, quam alij successores debent approbare.
- 8 Quibus casibus universalis successor stare locationi non cogitur, ad n. 13.
- 14 Successor singularis locationi stare non obligatur.
- 15 Quia de majoratus successore, n. 16.
- 17 Dominus proprietatis locationi usufructuari stare non cogitur.
- 18 Qui de locante usufructum rei sue.
- 19 Quid de fideicommissario.
- 20 Quid de domino directo quoad feudatarium, vel emphyteutam.
- 21 Limitantur dicta ex n. 15.
- 22 Limitatur conclusio tradita sup. num. 14. usque ad n. 35.
- 36 L. si mercedem, §. ult. ff. de action. empt. intelligitur, & n. 37. 38.
- 39 Donator quando de evitione tenentur, & n. 40.
- 41 Conductor ad longum tempus ejici à singulari successore non potest.
- 42 Qui conduxit cum hypotheca ad implementum contractus, expelli à successore singulari nequit, de quo ad n. 47.
- 48 Conducens rem cum hypotheca, potest eam retinere ad implementum contractus.
- 49 Colonus cum hypotheca an possit ejici à singulari successore, si ei totale interesse per solvatur, & num. 50.
- 51 Quid si locatio fuerit juramento roborata? ad num. 55.
- 56 Pactum de non alienando cum hypotheca an impediatur dominij translationem ad n. 59.
- 60 Inquilinus ex quibus causis ejici à locatore ante finitum tempus locationis possit.
- 61 Dominus potest expellere inquilinum, non finita locatione, si domo proprijs usibus egeat, ad num. 80.
- 81 Mulier solum matrimonio, stare locationi à marito facta teneatur? ad n. 94.
- 90 Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & n. 9.
- 95 Maritus an expellere colonum possit à prædio dotali per mulierem locato, & n. 96. 97.
- 98 Prælati, Beneficijarii, Rector Ecclesie, & simile, quando cogantur locationem antecessorum explere? usque ad fin. cap.

DE materia hujus capituli fusè differunt Vincent. Caroc. in tract. locat. & conduct. rubr. de successor. per tot. Marescot. variar. resolut. l. 10. c. 10. Greg. Lop. in l. 19. tit. 8. part. 5. Card. Mant. de tacit. & ambig. convent. l. 5. tit. 10. Pet. Barbof. in l. si filiosam. §. ult. ff. solut. matrimon. Merlin. de legitima, l. 3. tit. 2. qu. c. 1. & de pignorb. l. 4. §. 172. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 490. Scapuccin de successor. singulari, reg. 1. Aug. Barbof.

bos. in collectan. ad l. emptorem, C. de locat. Stail. Pacific. de Salvian. in c. dicit. inspect. 4. c. 1. Ant. com. variar. resolut. l. 2. c. 3. à n. 7. Guttier. Canoniar. q. l. 2. c. 8. Cancer. variar. resolut. par. 1. c. 14. ex n. 30. Card. Lug. de just. tom. 2. disp. 29. de locat. sect. 1. à n. 16.

2 Successor universalis, quales est hæres, nequit à contractu locationis per antecessorem celebrato recedere, l. si in lege 27. §. fin. ff. locat. l. si ei, cui 17. ff. de liberat. legat. §. ult. Inst. de locat. & conduct. Caroc. q. 7. à princip. Ant. Gom. n. 7. Cancer. num. 31. Mant. sup. tit. 9. n. 2. Pat. Molin. disp. 489. n. 4. Morla in empur. jur. part. 1. tit. 10. quest. 2. nu. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. glos. 3. num. 30. Gregor. Lop. in l. 2. glos. 4. tit. 8. part. 5. Gratian. disceptat. forens. c. 247. n. 45. Guttier. num. 51. Roderic. Suar. in l. post rem judicatam. ampliat. 10. n. 46. ff. de re judicat. Franc. Marc. decis. 627. n. 7. part. 1. Pichard. in d. §. ult. n. 1. Inst. de locat. Quod verum est tam ex parte locatoris, quam conductoris dicit. l. 2. tit. 8. part. ubi Gregor. Lop. glos. 3. Pat. Molin. sup. Card. Lug. nu. 16. & generalis regula constituenda est, ut quoties locatoris successorem, ad locationis implementum teneri dixerimus, idem de eo, qui conductori successerit, intelligendum sit; & è contra; quia cum correlativi sint, non debent ad imparia judicari, argument. l. 1. C. de cuperis ex ludo, & c. lib. II. notatur per Marescot. n. 15. 16. Aug. Barbof. nu. 5. Merlin. dict. quest. 172. nu. 3. cum seqq. Ant. Gom. n. 9. Pacific. num. 12. Surd. decis. 52. nu. 9. 10. Greg. Lop. in l. 19. glos. 2. tit. 8. part. 5. Cancer. ubi proximè, & est textus in l. qui fundum 35. ff. locat. erit tamen limitandum, quando diversa militat ratio; veluti si Causa, vel locus plus succedat, qui ex privilegio stare non cogitur locationi; quamvis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, nisi ex parte piæ Causæ consensus præstetur, ut observat Caroc. sup. quest. 20. alios referens. Vel nisi cedatur actio emptoris; Pat. Molin. dict. disp. 490. n. 1.

3 Ratio principalis supra traditæ conclusionis est, quia talis successor una eademque persona cum defuncto ad juris effectus existimatur, Authent. de jur. jur. à morient. præter. in princip. collat. §. Ideoque actio locati, quæ personalis est; quemadmodum, & cætera hujusmodi; in illum transferuntur, l. hæres 37. ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de hereditarijs actionib. & ipsum sequitur: ita Guttier. sup. Ant. Gom. numer. 9. & d. lib. 2. cap. 11. ex nu. 12. Duennas. reg. 240. limit. 1. Card. Lug. sup. & alij.

4 Eadem conclusio procedit, si locatio sit temporalis, sive perpetua; lib. viam veritatis 10. C. de locat. Caroc. d. quest. 7. n. 4. & tam in hærede extraneo, quam suo: Bald. in cap. literæ, de dilationib. Magon. Lucens. decis. 11. nu. 5. Caroc. nu. 14.

5 Præterea locum habet in locatione operarum coherentium personæ locatoris propter artis peritiam; nam ejus hæres compelletur opus per alium æquè idoneum perficere, quod nec conductor poterit recusare, maxime si aliquid locator operis faciendi gratiâ impendit. Sic sentiunt Anton. Gom. d. c. 3. n. 7. Molin. sup. Greg. Lop. in l. 9. tit. 8. part. 5. ubi textus, Quidquid teneat post alios Caroc. num. 25. qui debet intelligi, cum operæ per alium pari industria exhiberi non valent: quod & præfati DD. non inficiantur.

6 Fiscus quoque in universitatem bonorum succedens, sub eadem regula comprehenditur, cui colonum expellere non licet; Caroc. quest. 4. num. 2. Amat. variarum lib. 1. resolut. 29. n. 7. Ant. Gom. num. 10. Mant. d. tit. 9. n. 5. 6. Didac. de Britto in rubric. de locat. & conduct. part. 2. §. 5. n. 1. Card. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

Lug. num. 18. Imò si pensiones anticipatè pro futuris annis solutæ sint locatori, nocebit fisco, ne eas à conductore possit exigere, nisi in fraudem solutio facta sit; Amat. ubi sup. Caroc. quest. 25. n. 50. Bossi. in prax. tit. Debitores an solvere delinquenti, & c. numero 7. 8. Sed omnia hæc admittenda non sunt, quando post commissum delictum, ex quo statim reus bonorum dominio, & administratione privatur, ut in crimine hæresis, locatio facta est: cui stare Fiscus non astringitur. Ant. Gom. ubi proximè. vers. Quod ego noviter, sequitur Pat. Molin. disp. 491. n. 1. Pet. Barbof. n. 6. Card. Lug. sup.

7 Illud autem quod de solutionibus anticipatis asseruimus in fisco, hæredi, cessionario, vel alijs à locatore post contractum causam habentibus commune est, qui nedum locationi stare debent, sed etiam anticipatè solutum approbare, ut observat Amat. ubi proximè.

8 Per contrarium præfata conclusio plures recipit limitationes, quarum utilitate, ac frequentia potiores recensebimus. Et primò limitatur in locatione facta ad beneplacitum, aut donec voluerit contrahens; quo defuncto, obligatio in futurum penitus extinguitur, hæresque in contractu perseverare nullo modo compellitur; Caroc. d. quest. 7. n. 15. Pat. Molin. d. disp. 489. nu. 4. Valasq. consultat. 67. n. 3. Cardin. Tusch. practicar. conclus. lib. L. conc. 413. qui aliud juris esse asseverat, si dictum fuerit: Donec revocaverit. Nam locatio non extinguitur; hæres tamen poterit à locatione discedere, quemadmodum defunctus poterit; Pat. Molin. sup. qui obligationem cum sua qualitate transmisit, quæ ex persona successoris immutari non solet; l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig. Menoch. cons. 444. n. 50. Quo casu locus non erit regulæ, de qua sup. num. 2. ad fin. quoniam etsi successor ejus, in cujus gratiam pactum hoc est adjectum, non teneatur stare locationi, alter contrahens isto invito, resilire prohibetur; quod efficit voluntas contrahentium, à qua contractus legem accipiunt, l. contractus 23. ff. de reg. jur.

9 Secundo, & consequenter ad præmissa, limitatur conclusio præcedens in eleganti specie de quo jurisconsultus agit in l. sicut emptio 23. ff. 1. ff. locat. ubi venditore decedente, successor ejus à locatione non prohibetur recedere, quamvis hoc emptori non liceat, nisi pretium solvat, quod provenit ex natura conventionis.

10 Tertio limitatur, si hæreditas conductoris vocaverit, quoniam qui locavit, ejusve successorem alijs poterit locare, tamen in ipsius potestate sit, id omittere, si necque, ut pensiones currant, quas ex bonis defuncti percipiet; lib. si uno 17. §. fin. ff. locat. Capyc. decis. 89. in fine, Caroc. n. 18.

11 Quarto limitatur, si locationi admisceatur societas, veluti si quis conduxerit prædium in quinquentium, & ex consensu locatoris alterum sibi socium assumpserit, eisque se in solidum obliget, & ante finitam locationem obeat, quia hæres ipsius non manet astrictus, cum societas, cui locatio fuerat annexa, morte finiatur, nec transeat ad successores; l. actioe 66. §. Morte, ff. pro socio. Ita Ofsach. Pedemont. decis. 76. Caroc. n. 23. quia n. 24. extendit, etiam si mentio hæredis facta, sit excepta conductione vestigialium, in qua aliter observatur; l. verum 64. §. In hæredem, ff. pro socio, ubi notat Bartolus. Ruin. cons. 90. n. 8. vol. 1.

12 Quinto limitatur in conductore gabellarum, ac vestigialium, cujus hæres non admittitur ad proseguendam locationem, si minus idoneus videatur Bart. in l. adeo, ff. pro socio, Bald. in rubric. C. eod. Caroc. sup. n. 28. quanquam ipse à locatione

resilire non valeat; atque ita fallit regula posita, *sup. nu. 2.*

13 Limitatur sextò, si hæres adeat hæreditatem cum beneficio inventarij, quia locationi stare non cogitur: Caroc. *num. 17.* Quod mihi intelligendum videtur, quando ex hoc proprio patrimonio periculum immineret, quod duntaxat per consecutionem inventarij consequitur: non verò liberationem à contractibus, & actionibus, quibus defunctus tenebatur, quatenus sit in hæreditate; *l. fin. §. Et si præfatam. C. de jur. deliberandi, §. Sed nostra, Inst. de hered. qualitate.*

Ad Num. 1.

- 14 Successor singularis, ut emptor, & alij hujusmodi, auctoris sui locationi stare non tenentur, sed expellere possunt conductorem; Marefcot. *sup. n. 1.* Caroc. *d. q. 25. n. 4. cum seqq. Greg. Lop. in l. 19. glos. 1. tit. 8. part. 5. Merlin. d. q. 172. in princ. guttier. d. c. 8. n. 5. Aug. Barbof. sup. n. 1. 2. ubi innumeros laudat, Tusch. lit. L. conc. 418. n. 1. cum aliis, Vela dissertat. tom. 1. dissertat. 20. n. 7. Pichard. in d. §. fin. n. 16. Inst. de locat. Pet. Barbof. sup. d. §. fin. in princ. Surd. decis. 172. n. 1. Gastill. de usufruct. cap. 73. n. 2. Morla in emptor. jur. part. 1. tit. 10. q. 2. n. 4. Cancer nu. 31. D. Larrea allegat. fsc. 44. n. 1. 2. ubi rationem reddit, nam successor singularis nanciscitur dominium, atque ita jus in re; quare præfertur conductori, qui solum personali actione munitur, & hæc non sequitur rei possessorem; *l. fin. ff. de contr. empt. quod etiam tradit Morla, sup. P. Molin. d. disp. 490. n. 1. Pet. Barbof. n. 3. ubi alios refert. Quod itidem in successore ex causa lucrativa procedit, ut legatario, & donatario, l. nihil proponitur 123. §. ult. ff. de legat. 1. Caroc. sup. q. 9. & 22. Card. Lug. d. n. 16.**
- 15 Quæ sanè resolutio ampliatur, ut obtineat etiam in successore majoratus, qui colonum, cui antecessor locaverat, expellere permittitur; Card. Lug. *n. 19. Molin. de primogen. l. 1. c. 21. n. 3. Caroc. sup. rubr. de possessor. majorat. q. 1. n. 2. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 84. Morla. n. 16. Guttier. Canoniar. l. 1. cap. 36. num. 8. Pet. Barbof. n. 4. Greg. Lop. in l. 2. glos. 4. tit. 8. part. 5. P. Molin. disp. 491. n. 2. Padilla in l. unum ex familia §. fin. n. 12. ff. de legat. 2. Amat. d. resolut. 29. n. 5. Quid in primo majoratus successore, aut si hæres existat successor ultimo possessori? vide Morla à n. 21. ubi eos teneri resolvit, disputatione præmissa, & Guttier. *n. 11.**
- 16 Cujus resolutionis plures assignantur rationes. Prima est, quod iste majoratus successor non succedit ultimo possessori, qui locavit, sed fundatori; Morla *ubi proximè.* Secunda, quia resolutio jure dantis resolvitur jus accipientis *l. lex vestigali 31. ff. de pignorb. jus autem majoratus possessoris ejus morte finitur, ac per consequens conductoris; Molin. & Amat. ubi proximè.* Tertia, pensiones etiam primogenij non obtinet plenum jus, & absolutum in rebus ejus, sed ad vitam restrictum, ultra quam de eis disponere non valet, Molin. *ibidem.* Unde si anticipatè pensiones à conductore acceperit, non nocebit successor, qui eas ab hæredibus locatoris repetet, vel à conductore iterum exiger, si in locatione permanere voluerit, aut fuerit propter consensum præstitum, vel ex alia causa coactus; sed si maluerit colonum ejicere, non obstabit futurarum pensionum anticipata solutio, ad quas successor nullo modo obligatur, Amat. post alios *ubi proximè.*
- 17 Simili modo dominus proprietatis non compellitur stare colono, cui usufructuarius jus suum locaverat, *l. si quis domum 9. §. 1. ff. locat. Molin.*

*n. 2. Amat. ubi proximè, Pat. Molin. d. n. 2. Tusch. sup. n. 32. Pet. Barbof. n. 6. Morla. d. q. 2. n. 12. Cancer. n. 48. Castill. de usufruct. c. 33. n. 17. Mantic. d. l. 5. tit. 11. n. 1. Caroc. rubr. de usufructuario, q. 1. n. 7. qui duos casus distinguit. Primus est, cum usufructuarius in locationem dat jus, quod habet, (ut potest, *l. arboribus 13. §. usufructuarius, ff. de usufruct.*) quo mortuo ante finitum locationis tempus, proprietarius expellere colonum non prohibetur; de quo mox laudati DD. loquuntur. Imò etsi anticipatè pensiones usufructuario fuerint solutæ, idem juris est, nec domino proprietatis imputantur, licet in locatione perseveret, Amat. *sup. num. 5. 13.* ubi ait, ab hæredibus locatoris esse restituendas, non tamen tenentur ad interesse pro residuo temporis, Caroc. *ubi proximè.* Si verò is, qui condixit, deceaserit, locatio non expirat, sed ad hæredes transit; *l. si socius 18. ff. de jur. dot. facit l. necessario 8. §. ultim. ff. de peric. & comm. rei vendit. Caroc. questio. 9. n. 8.**

Secundus est casus, quando proprietatis dominus locat usufructum rei suæ, qui si rebus humanis exemptus sit, hæres ejus à locatione discedere nequit, *l. si domina 10. C. de usufruct. Caroc. dicit. quest. 7. num. 21.* At, moriente conductore, amplius locatio non perfolvit, *d. lib. si domina, quæ secundum Glossam, utrumque videtur probare; facit dicit. lib. necessario, §. fin. Caroc. sup.*

Eadem conclusio ampliatur in fideicommissario, 19 five particulari, siue universalis, quem nequaquam hæres locatione astringit, sed die fideicommissi adveniente, expellere conductorem non prohibetur; Merlin. *de Legitim. l. 3. tit. 2. quest. 22. nu. 12. Molin. ubi proximè, Guttier. dicit. cap. 8. nu. 47. Surd. de aliment. tit. ult. quest. 42. nu. 5. Ant. Gom. d. cap. 3. num. 8. in fine. Pat. Molin. dicit. disp. 491. numero 2. & ita tenendum est, quia in hoc militant omnes rationes, quas in majoratus successore intervenire diximus *sup. numer. 16.* licet aliud placuerit Caroc. *d. rubric. de successor. quest. 10.* August. Barbof. *in collectan. ad dicit. lib. emptorem, numero 20.* ubi alios refert: quorum fundamentum est, quia est successor necessarius, qui secundum communem DD. sententiam ad locationem continuandam obligatur, idem Barbof. ex pluribus *ibidem numero 12. Guttier. num. 40. Marefcot. num. 4. Roland. conf. 49. num. 6. lib. 2. Tusch. d. conc. 418. numero 54. Glos. in l. divortio, verb. Tertia portio, ad medium, ff. solut. matrimon. At responderi potest, eam regulam: ut necessarius successor debeat stare locationi; veram non esse, ut appareat ex præmissis; siquidem in majoratu, & usufructu, successio est necessaria, & tamen à locatione receditur, quo argumento eam opinionem impugnat. Pet. Barbof. *in d. §. fin. à n. 3. Paul. de Cast. ibidem num. 3.* Pensiones etiam anticipatè solutæ fideicommissario non obfunt, ne colonum valeat ejicere, cui solum jus adversum hæredem, qui locaverat, competeat; Amat. post alios, *numero 17.***

Consequenter dicendum est de feudatario, vel 20 emphyteota, quorum locationem complere non cogitur dominus, ad quem res feudalis, aut emphyteotica devolvitur, Merlin. *sup. numero 11. Tusch. n. 40. Bald. in lib. fin. §. Sed quia nostra, in fine, C. commun. de legat. Surd. sup. numero 1. Amat. numer. 5. Corbul. de jur. emphyteotic. tit. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 37. Caroc. rub. de jur. emphyteotic. quest. 20. Pet. Barbof. numero 11. De quibus similiter dicendum est circa pensiones anticipatè solutas; Amat. *numer. 14. 20. Quid è contra? vide n. 23.**

Sed

- 21 Sed hæc omnia verè ac notabiliter veniunt limitanda, quoties hujusmodi personis succeditur ex earum voluntate; ut renunciatione facta ante tempus, vel casum, quo succedendum erat de jure; quoniam tunc præfatis successoribus colonum ejicere non permittitur, donec venerit dies, qua successio ex necessitate contingeret; quia hic cessant omnes rationes perpenfæ *sup. numero 16.* nec renunciacionis inferre potest conductori, cui nihil imputandum est, si casum inopinatum non divinavit, *lib. si putator 31. ff. ad leg. Aquil. lib. si fidejussor. 29. §. Si cum debitor, ff. mandat. ut est juris proprii remissio, quæ non præsumitur, lib. cum de indebito 25. ff. de probat. Hanc limitationem latè probat Merlin. *sup. num. 14. Surd. num. 10. 13. Caroc. de usufruct. quest. 5. num. 7. 8.* ubi limitat in feudo, cujus renunciacionem admittit dominus compellitur, cap. 1. §. Rursus, tit. quib. mod. feud. avittat. in usib. feudor. ne alioqui duplici onere gravetur, & admittit invitum renunciacionem, & locationi stare: quod prædixerat Bald. *in dicit. §. Rursus.* Sed hæc in universali successore vera sunt; nam in particulari, secus dicendum videtur, cum donotarius particularis colonum valeat expellere; ut dixi *sup. nu. 14. in fin.**
- 22 Hæc pro ampliacione ad *dicit. lib. emptorem,* dicta sufficient. Nunc de ejusdem limitationibus agendum erit; & in primis limitatur in successore singulari per sententiam Iudicis, qui à locatione antecessoris recedere non valet; Caroc. *sup. rubric. de creditor. quest. 7. n. 5. Amat. n. 8. Morla, sup. Aug. Barbof. nu. 26. Marefcot. dicit. c. 18. nu. 3. Guttier. n. 49. Cancer. nu. 35.* ubi bene declarat, *sup. vers. Quod ista Ratio,* quæ traditur, est nam intelligitur jus Tertii reservatum, ne alias res inter alios acta noceret aliis, contra regulam *l. sepe 63. ff. de re judicat.* Sed pensiones anticipatè solutas admittit non tenentur in computum, Amat. *nu. 8.*
- 23 Secundo, limitatur in eo, qui non succedit in plenum jus quod locator habebat; ut creditor missus in possessionem ex Salviano interdicto, qui non consequitur, nisi jus percipiendi fructus ex re debitoris; *l. in venditione 8. §. 1. ff. de bon. auctor. jud. possid. Marefcot. nu. 2. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. c. ult. part. 4. §. 5. n. 13. Aug. Barbof. n. 25. 27. Caroc. d. quest. 25. nu. 13. Guttier. nu. 48. 50.* ubi de usufruo, Merlin. *de pignorb. lib. 4. quest. 172. numero 8. Duennas regul. 240. limit. 6. Tusch. numero 53. Pet. Barbof. n. 4. Morla, nu. 9. Cardin. Mantic. d. tit. 10. nu. 15.* Secus est in succedente in utile dominium ut feudatario, & emphyteuta, qui colonum ejicere non prohibentur, Card. Lug. *d. nu. 16.*
- 24 Tertiò, si in alienatione dictum sit, rem esse locatam; quoniam censetur successor cum ea qualitate rem acquirere voluisse, Caroc. *nu. 24. Surd. decis. 225. nu. 617. Cancer. d. cap. 14. nu. 43. Cevall. sup. nu. 44. cum seqq.* ubi testatur, sic ipsum in lite, cui patrocinium ferebat, obtinuisse; Merlin. *ubi proximè, nu. 54. Joseph. Ludovic. decis. 38. n. 16. Gratian. sup. c. 37. nu. 28. cum seq. & licet præfati DD. asserant sufficere ad hoc, ut notitiam locationis emptor habere undecunque; possit dici, contrarium tenendum esse, cum Petro Barbof. *sup. n. 31.**
- 25 Quartò, in Commendatariis Ordinum militarium, quorum successores conductoribus antecessorum res locatas ante finitum locationis tempus auferre nequeunt, Ioan. Andr. *in cap. ad deliberandum, de judic. Franc. Mare. decis. 97. part. 2. quos refert, & sequitur Caroc. d. rubric. de successor. q. 21.*
- 26 Quintò, in redimente rem locatam ex pacto

retrovendendi, qui expellere colonum venditoris prohibetur, Caroc. *de rubric. de success. quest. 12. nu. 2. Marefcot. à nu. 8. Cardin. Mantic. nu. 34. Roland. d. conf. 49. nu. 2. 3. lib. 2. Giurba decis. 58. nu. 8. Mastrill. decis. 5. nu. 7. Aug. Barbof. nu. 24. Scapuccin. sup. limit. 1. nu. 1. 2. Tusch. dicit. conc. 418. n. 78. Cancer. n. 49.* Cujus conclusio ratio esse potest, ut qui in uno gravatur, scilicet in retrovendendo coarctè; in alio reveletur, idest, non teneatur ad interesse conductori; iniquum enim esset, locatorem duplici onere ex alieno facto prægravari. Aliam rationem tradit Bald. *in l. 1. ad finem, C. de jur. fisco. lib. 10.* nam redimens videtur tacitè consentisse locationi, quam prius redimendo potuit impedire. Quod ampliatur Caroc. *nu. 3.* ad pactum additionis in diem, & legis commissoria, post euidem Pap. *decis. 480. nu. 5.* Aliud tamen juris esse in retractu jure sanguinis, vel alio ex statuto, vulg. Merlin. *d. quest. 22. nu. 13. & d. quest. 172. n. 26. Negulant. de pignorb. part. 3. memb. 1. n. 44. Surd. d. quest. 42. n. 6. 7.* qui duo à Merlino laudantur, *d. nu. 13.* Imò idem adversus communem in retractu conventionali, placet Pet. Barbof. *numero 10. in fine,* cujus sententia jure defendi potest.

Sextò in conductore fisci, qui à successore singulari expelli nequit, quod inter fiscalia privilegia recensetur; eam ita receptum sit, ne fiscus colono teneatur; *l. ult. ff. de jur. fisco. guttier. d. capite 8. nu. 68. Tuschus num. 49. Pet. Barbof. numero 38. Gregorius Lopez in lib. 19. glos. 5. titulus 8. parte 5. Peregrin. de jur. fisco. lib. 6. titulus 4. num. 33. Cevall. numero 71. Fachin. controversiar. lib. 11. capite 21. D. Larrea allegat. fsc. 44. nu. 3. Caroc. d. rubric. de successor. quest. 14. nu. 3. Merlinus dicit. questio 172. nu. 21. Card. Lug. numero 17. vers. Quinto excipitur.* Sed an successor fisci præcisè stare debeat locationi, vel satis sit, quod offerat colono interesse quæri potest; & ad solutionem interesse cogi duntaxat posse, videtur verius; tum quoniam cessat ratio privilegij, tum quoniam regulariter; quoties successor ad continuandam locationem astringitur, præstito interesse, liberatur, quod loco facti succedit: Merlin. *ubi proximè, nu. 39. 50.* Ita docet Pat. Molin. *d. disp. 490. n. 9.*

Illud verò valde controversum est, utrum Ecclesia præfata gaudeat privilegio? negat Gregor. Lop. *ubi proximè, Pet. Barbof. nu. 40. 41.* quam opinionem in puncto juris veriorè agnoscat; quamvis contrariam pietatis intuitu sequatur Fachin. *d. c. 21.* & hæc communiter in favorem Ecclesiæ recepta est, cui subscribere Cardin. Tusch. *n. 65. Guttier. à n. 66. Cevall. d. q. 756. n. 77. cum seqq. Duennas. reg. 240. limit. 9. Cancer. n. 46.*

De filio succedente in legitimam, disputat Mer. *lin. dicit. quest. 22. per totam,* num compellatur stare locationi patris? & resolvit non teneri, nisi quoad annum currentem, si jam fructus nati essent, vel conductor impensas necessarias ad culturam fecisset; sequitur Scapuccin. *sup. limitat. 48. vers. Respectu verò legitima.* Sed contrarium sustinet Caroc. *rubric. de silofam. quest. 4. & rubric. de successor. quest. 15. Borgnin. in repertor. ad suas decisiones primas verb. Electio, circa medium, Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. nu. 11. C. de inoffic. testament. qui rationem optimam reddit, nam à legitima rejicitur omne gravamen legati, conditionis, aut cujusque alterius oneris in ultima disposi tione impositi; tamen filius etiam quoad legitimam ad debita patris, quæ eam afficiunt, obligatur, qualis est locatio.*

D d 4

De